versis quae etiam in presenti inscriptione non sunt descripta quae mens et industria
humana excogitari possit non utrum, immo his omnibus obstare poterit
ipse Blazowski vel eius successores in eodem termino primo praefatum Dro-
gowski vel eius successores in lucro pro toto condicione presentia vel ab-
sentia ipsius capti non obstante. Quicquid autem ipse Drogoiowski
vel eius successores per se vel submissas personas per procuratorem
vel alium eorum praesentem inscriptionem eiusque contentum recipere vellet
vel successores eius vellet, id totum ipsi Drogoiowski et eius suc-
cessoribus obesse, praefato vero Blazowski et eius successoribus prodes-
se debet obiecta causa sua semper et ubique ipsi Drogoiowski et
eius successores perdere et amittere debet et debent solutionemque va-
dii similis et specialis mille octingentorum florenorum pecuniae ob
contravenientem inscriptionem succumbere debet et debet, sicque pre-
sentem inscribit et bona sua onerat. Quo vadio vel vadiis solutis
utique inscriptionem presenti et omnibus in ea contentum tam in parte quam in
toto ipse Joannes Thomas a Drogoiow et eius successores
satisfacere debet et debet sub simili vadio mille octingentorum
florenorum pecuniae mon. et num. polonicorum totius quoniam praefato Andree
Blazowski et eius successoribus opus et necesse fuerit. Nulla in-
tercessione terrae diuturnitate temporis ac fatalis iuris quibus-
cumque tam causae quam iniuriae tam et processui causae obstante. Ad
quae omnia supratum ipse Joannes Thomas Drogoiowski cum
suis posteris bona sua omnia onerant inscriptionem presentem. Animo eorum
recedentem. Animo vero inscriptioni et obligationi se submittentem bona et
successores suos onerant, benivole coram officio et actu perso-
nali stans libere consensit et recognovit, eaque omnia explere
se submisit sub vadio et vadiis supradictis et memoriali soli-
dant.

Burzinski cum Opoiowski inscribunt se unus alteri intercisam complere

Eminentes personaliter ad officium actaque presentia castri Capitalis Premisliensis
Nobiles Joannes Oppoiowski ab una et Dionysius Burzinski

ex altera partibus sani mente et corpore existentes, et tres distri-
ctibus iuribusque suis quibusvis proprius foroque quilibet suo compe-
tentem recedentem, et se utrique ad successoribus bonis suis omnibus presenti
Castri Premisliensis iurisdictioni in toto quo ad actum et effectum pre-
sentem inscriptionis attinet incorporarunt et subiiciunt publice per expres-
sumque recognoverunt et quilibet pro suo interesse recognovit. Quia
contractum seu schedas intercisas certas quas inter se habent conscri-
ptas de data in Kaminow sigillis utrorum obsignatas ac manibus pro-
priis subscriptas tam in toto quam in minima parte totius quoniam ali-
cui recognoscentem ex scedis intercisas seu contractibus opus fuerit
complebunt manutenebunt, nec praemissa omnia quae in huiusmodi sche-
dis intercisas seu contractibus continentur tam in toto quam in
minima parte per se vel submissas personas violabunt aut
aliis contravenient immo ea omnia exequuturi sunt. Ad quod se
faciendum cum successoribus bonisque suis omnibus ubivis habitis et habendis cui-
cumque iuri et iurisdictioni subiectis utrique pro suo interesse inscribunt
et obligant. Sub vadio decem millium florenorum pecuniae mon. et nu-
meri polonicorum in casu non completionis praemissorum omnium in contra-
ctu mutuo seu schedis intercisas contentum quae cuiuslibet seorsivae
conditionis non explet, per partem non complentem vel successores
parti complenti et omnia in contractu praedicto contentum exequendum
successoresque eius ad solvendum totius quoniam alicui recognoscentium
opus fuerit virtute presentis inscriptionis succumbendum. Quod vadium si
aliqua pars ex recognoscentibus huiusmodi contractui seu schedis in-
tercisas inter se mutuo habitis prout se sibi complendum submiserit, non
satisfecerit seu successores eius non satisfecerint, ex pars parti vel
successoribus eius ad simplicem verbi assertionem sine corpora-
li iuramento et sine quovis strepitu iuris solutura est in pri-
mo actionis termino dum pro vadio ratione non adimpletionis eiusmo-
di contractus seu schedarum intercisarum succubitur traheretur. Nulla pre-
scriptione terrae diuturnitate et taciturnitate temporis abusu inscriptionis
praesentem obstante. Similiter hanc inscriptionem exclusis actis ad acta
quaevis autentica Regni unius perpetuitatis obtinendum ante decursum
viginti septimanarum se se continue sequentem transportare et inducere

suae communitatis suae divisim unus alteri cum successoribus quilibet super bonis
suis omnibus hereditariis et obligatoriis mobilibus et immobilibus inscribunt et obli-
gant sub vadio simili decem millium florenorum pecuniae monetae Poloniae quod
vadium pars parti in defectu non transportationis succubitura est. Hac
lege adhibita quod si praedictam inscriptionem pars parti ante lapsum vi-
ginti hebdomadarum sequentium iuxta suam seorsivam cuiusvis partis sub-
missionem non transportaverit, tunc inscriptio haec non transportata
nulli partium subsidio erit, imo non transportatione sola una cum
omnibus suis emergentiis et via ad illam agendi desertabitur, et pars
utraque de cetero ipsa inscriptione et contractu eodem roborat non est usa

Idem mutuo se quietant de debitis

Comparentes personaliter coram officio et actis praedictis nobiles Joannes Op-
poyowski ab una et Dionysius Burzinski ex altera partibus sani mente
et corpore existentes foro quilibet pro interesse suo obmisso et se cum
successoribus bonisque suis omnibus iurisdictioni praedicti quo ad infrascripta subiicientes
publice palam per expressumque recognoverunt quia se mutuo et
invicem de omnibus et singulis debitis summisque pecuniis inscriptis
et non inscriptis ac sibi verbotenus tenentur et contractis praeter inscripti-
onem detenentur intercisa et contractu certo coram officio et actis praedictis
die hodierna mutuo factam et recognitam sufficienti satisfactionem sibi
ab utrinque praestita libere dimittunt et quietant perpetuis temporibus
nihilominus et inscriptiones omnes tam castrenses quam terrestres in Regno Poloniae
consistentes chirographa et intercisas pariter omnes praeter specifi-
catam inscriptionem una cum omnibus earum conditionibus punctis clausulis et
articulis iam exnunc cassant mortificant obliterant et ab eisdem
recedunt. Similiter specifice omnes cottones concittones adiuto-
nes innotescentes lucra per lucra damna vadia quovis ab utrin-
que cum ipsos instituunt necnon et totum progressum iuris quod ubivis
coram quovis tribunali cum se produxerint cassantur et in nihilum
convertunt sibi et suis successoribus perpetuum silentium imponunt hac sua
personali recognitione mediante quod memoriae firmatum est

Castellanus Premisliensis arendat Kowenicki

Comparens personaliter coram officio et actis praedictis castrensis Premisliensis Magnificus
Stanislaus Drohoiowski a Drohoiow Castellanus Premisliensis a Fratris Distri-

ctibus iuribusque suis quibusvis propriis foroque competentibus recedens et se cum suc-
cessoribus bonisque suis omnibus praedicti castrensis Premisliensis iurisdictioni quo ad actum
et effectum praesentis inscriptionis incorporatum et inscriptum, sanus mente et corpore
existens publice per expressumque recognovit quia bona sententiae
et possessionis suae utriusque villas Boniowicze, Possada et sortem in
nova Civitate dicti Bibel una cum curiis, prediis, horreis in eisdem bonis
existentibus et cum omnibus bonorum eorundem attinentibus pertinentibus fructibusque
proventibus et universis gratiae obventionibus ad dicta bona omnia ex
antiquo modo quocumque spectantibus nihil ibidem in eisdem bonis omnibus iuris do-
minii proprietatis ac quarumvis utilitatum et usufructuum pro se et succes-
soribus suis relinquens, sed ita prout illa bona ipsemet vigore iuris fi-
tenuit ac prout sunt distincta. Inde Christophero Kowenicki et
eius successoribus hinc ad festum Conversionis Sancti Pauli Apostoli proxime
futurum in Anno proxime futuro pro certa pecunia summa ab ipso Christo-
phero iam accepta et manu tenuta, de qua eundem Christopherum
praedictis quietat, arendavit et modo arende inscripsit. Per ipsum Chri-
stopherum Kowenicki et eius successores bona praedicta tenendum habendum
possidendum illisque pacifice et quiete utifruendum cum omni iure dominii ac pro-
prietate et seu omnibus attinentibus et pertinentibus annexis et connexis nihil
excipiendum et reservandum. Iamque exnunc coram officio praedicti idem Castella-
nus Premisliensis eidem Christophero Kowenicki in bona eadem modo praemisso
arendata dat et dedit realem intentionem cum actuali et pacifica posse-
ssione quam et in bonis praedictis datum admissurum nullo modo praepedi-
tur se cum successoribus suis super bonis suis inscribit, submittit et obli-
gat sub vadio mille marcarum pecuniae monetae et numeri Poloniae et hoc per Mi-
nisterialem et Nobiles quem et quos sibi idem Kowenicki aut successo-
res eius ad acceptum eandem possessionem ad bona praedicta venerit iam per officium
praedictum addidit. Dataque et admissa huiusmodi intentione ipse Magnificus Castellanus Pre-
misliensis debet et tenebitur cum successoribus suis quos secum super bonis suis obli-
gat et inscribit praedictum Christopherum Kowenicki vel successores eius in bonis pre-
fatis et occasione eorundem ab omni quavis impetitione iuridica et etiam violenta quarum-
vis personarum status sexus et conditionis cuiusvis existentium tum ab inscri-
ptionibus prioribus et posterioribus iurabusque cuicumque personarum
sexus utriusque in bonis eisdem servientibus facta et faciendis tueri defen-
dere, eminere, eliberare, bonaque praedicta omnia munda et libera facere
ita ut idem Christophorus eiusque successores ad tempus su-
prascriptum bona praeexpressa omnia possit et valeat pacifi-
ce et quiete absque omni impetitione iuridica et violenta possidere illisque utifrui